

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## P. Vergili Maronis Aeneis

Vergilius Maro, Publius

Berolini, 1889

VIII.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-730](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-730)

## VIII.

Dum hostes cogunt copias, Aeneas de paucitate suorum sollicitus — 35	
Tiberini vaticinatione praeceptisque levatur, grato animo precatur, 80	
mactata, quam forte invenit, sue ad Euandrum flumine subvehitur. 101	
is Aeneam a Pallante honorifice appellatum libenter accipit 183	
cenatumque de sacris, quibus tum operatus erat, edocet:	
Herculis beneficio cives suos Caei atrocitate liberatos esse; 279	
perfectis sacris rediens loca monstrat Romae nomen habitura. 368	
Insequenti nocte Venus obsecrat Volcanum, ut armet Aeneam, 406	
eiusque precibus obsecutus ille multo mane ad officinam descendit 423	
et cum Cyclopiis sociis nova arma fabricari properat. 453	
Aeneas expectatus Euandri alloquio ad Etruscos vicinos delegatur,	
quippe qui bello vexati a Mezentio ducis idonei indigeant. 519	
prodigio confirmatus plerosque socios remittit, retinet delectos, 553	
quos Pallas a patre multis cum lacrimis dimissus Caere deducit. 607	
eo postquam venit, Aeneas cum aliis armis Volcaniis instruitur 625	
tum clipeo, in quo efficta admiratur rerum Romanarum fastigia.	

Aeneas Euandro supplicat, viro Venus: dantur praesidia.

Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce  
 extulit et raucō strepuerunt cornua cantu  
 utque acris concussit equos utque impulit arma,  
 extemplo turbati animi, simul omne tumultu  
 coniurat trepido Latium saevitque iuventus 5  
effera. ductores primi Messapus et Ufens  
 contemptorque deum Mezentius undique cogunt  
 auxilia et latos vastant cultoribus agros.  
 mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem,  
 qui petat auxilium et Latio consistere Teucros, 10  
 advectum Aenean classi victosque penatis  
 inferre et fatis regem se dicere posci  
 edoceat multasque viro se adiungere gentis  
 Dardanio et late Latio increbrescere nomen;  
 quid struat his coeptis, quem, si fortuna sequatur, 15  
 eventum pugnae cupiat, manifestius ipsi

3 secl. Rbb.    13 multasque . . nomen 14 damn. Peerlk. Ribb.

P. VE  
 quam Turno re  
 Talia per l  
 cuncta videns  
 atque animu  
 in partisque r  
 sicut aquae r  
 sole repercus  
 omnia pervol  
 erigitur summ  
 nox erat et ter  
 alitum pecudu  
 cum pater in r  
 Aeneas tristi t  
 proebuit serar  
 hic deus ipse  
 populeas inter  
 visus (eum ten  
 carbasus et cri  
 tum sic adfari  
 'O sate g  
 qui revehis no  
 expectate sol  
 hic tibi certa  
 neu belli ter  
 concessere de  
 iamque tibi,  
 lioreis ingen  
 triginta capit  
 alba, solo rec  
 hic locus urbis  
 ex quo ter de  
 Ascanius clari  
 laud incerta  
 expeditas victo  
 Arcades his or  
 qui regem Eu  
 delegere locum  
 23 reper  
 P. 24 v. 2. lac  
 42 . . cano 49  
 Heyne, secl. Rib  
 hic pro te ex v.

quam Turno regi aut regi apparere Latino.

Talia per Latium, quae Laomedontius heros  
cuncta videns magno curarum fluctuat aestu  
atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc  
in partisque rapit varias perque omnia versat,  
sicut aquae tremulum labris ubi lumen aënis  
sole repercusso aut radiantis imagine lunae  
omnia pervolitat late loca iamque sub auras  
erigitur summique ferit laquearia tecti.

FX, 680<sup>20</sup> Xv, 487.

nox erat et terras animalia fessa per omnis  
alituum pecudumque genus sopor altus habebat,  
cum pater in ripa gelidique sub aetheris axe  
Aeneas tristi turbatus pectora bello

procubuit seramque dedit per membra quietem.

huic deus ipse loci fluvio Tiberinus amoeno  
populeas inter senior se attollere frondes

visus (eum tenuis glauco velabat amictu  
carbasus et crinīs umbrosa tegebat arundo),  
tum sic adfari et curas his demere dicitis:

‘O sate gente deum, Troianam ex hostibus urbem  
qui revehis nobis aeternaque Pergama servas,  
expectate solo Laurenti arvisque Latinis,  
hic tibi certa domus, certi (ne absiste) penates,  
(neu belli terrere minis): tumor omnīs et irae  
concessere deum.

iamque tibi, ne vana putes haec fingere somnum,

litoreis ingens inventa sub ilicibus sus

triginta capitum fetus enixa iacebit,

alba, solo recubans, albi circum ubera nati.

hic locus urbis erit, requies ea certa laborum.

ex quo ter denis urbem redeuntibus annis

Ascanius clari condet cognominis Albam.

haud incerta cano. nunc qua ratione, quod instat,

expedias victor, paucis (adverte) docebo.

Arcades his oris, genus a Pallante profectum,

qui regem Euandrum comites, qui signa secuti,

delegere locum et posuere in montibus urbem

23 *repercusso* Hoffm. 15. *repercussum* libri. 25 *laquaria* M<sup>2</sup>  
P<sup>2</sup>R<sup>2</sup>V<sup>2</sup>c<sup>2</sup> *lacuar-* schol. Ver. 99, 25. *lacuaria* ‘multi’ ap. Serv. Ribb.  
42 .. *cano* 49 a Tuca forte ex schedis poetae insertos esse suspicatur  
Heyne, secl. Ribb., def. Albr. 414. 43/5 = III 390/2; 46 (∞ III 393;  
*hic* pro *is* ex v. 39 videtur irrepsisse) om. MP<sup>2</sup>a<sup>1</sup>; ad 47/8 cf. I 267 s.

Pallantis proavi de nomine Pallanteum.  
 hi bellum adsidue ducunt cum gente Latina,  
 hos castris adhibe socios et foedera iunge.  
 ipse ego te ripis et recto flumine ducam,  
 adversum remis superes subvectus ut amnem.  
 surge age, nate dea, primisque cadentibus astris  
 Iunoni fer rite preces iramque minasque  
 supplicibus supera votis. mihi victor honorem  
 persolves. ego sum, pleno quem flumine cernis  
 stringentem ripas et pinguis culta secantem,  
 caeruleus Thybris, caelo gratissimus amnis.  
 hic mihi magna domus, celsis caput urbibus exit.<sup>7</sup>

Dixit, deinde lacu fluvius se condidit alto  
 ima petens, nox Aenean somnusque reliquit.  
 surgit et aetherii spectans orientia solis  
 lumina rite cavis undam de flumine palmis  
 sustinet ac talis effundit ad aethera voces:  
 'nymphae, Laurentes nymphae, genus amnibus unde est,  
 tuque, o Thybri tuo genitor cum flumine sancto,  
 accipite Aenean et tandem arcete periclis.  
 quo te cumque lacus miserantem incommoda nostra  
 fonte tenet, quocumque solo pulcherrimus exis,  
 semper honore meo, semper celebrabere donis,  
 corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum.  
 adsis o tantum et propius tua numina firmes.'  
 sic memorat geminasque legit de classe biremis  
 remigioque aptat, socios simul instruit armis.

Ecce autem subitum atque oculis mirabile monstrum!  
 candida per silvam cum fetu concolor albo  
 procubuit viridique in litore conspicitur sus;  
 quam pius Aeneas tibi enim, tibi, maxima Iuno,  
 mactat sacra ferens et cum grege sistit ad aram.  
 Thybris ea fluvium, quam longa est, nocte tumentem  
 leniit et tacita refluens ita substitit unda,  
 mitis ut in morem stagni placidaeque paludis  
 sterneret aequor aquis, remo ut luctamen abesset.  
 ergo iter inceptum celerant rumore secundo.

56 foedere Pyb; comm. Serv. 57 rivis retracto Gent 45. et  
 certo Peerlk. adstricto Schap. 65 escit (= erit) post Tan. Fabrum  
 O. Müller Herm. 1877, 300. 74 qui te c. locus Madv. 39. 75  
 tenent FR 90 post celerant fort. dist. cum Heynio Gofsr. Rumone  
 M<sup>1</sup>; cf. Serv. (Rumon = Tiberis).

ad v. 8239. l. l. v. 145. per ripas laesi cornelotum

labitur uncta  
 miratur nemus  
 scuta virum  
 illi remigio  
 et longos super  
 arboribus viri  
 sol medium ca  
 cum muros ar  
 tecta vident,  
 aequavit, tum  
 ocius advertun

Forte die  
 Amphitryoniad  
 ante urbem in  
 ma omnes iu  
 tura dabant te  
 ut celsas vider  
 allabi nemus  
 terrentur visu  
 consurgunt m  
 sacra vetat rap  
 et procul e  
 ignotas tempta  
 qui genus? u  
 tum pater Ae  
 paciferaeque  
 Troiugenas a  
 quos illi bello  
 Euaendrum pe  
 Dardaniae ven  
 obstipuit tanto  
 egredere o,  
 alloquere ac  
 exceptique ma  
 progressi sub  
 Tum reg  
 optime Graiu  
 et vitta comp  
 non equidem

98 ac] p  
 1886, 4.

labitur uncta vadis abies; mirantur et undae,  
 miratur nemus insuetum fulgentia longe  
scuta virum fluvio pictasque innare carinas.  
 55  
 60  
 65  
 70  
 75  
 80  
 85  
 90  
 95  
 100  
 105  
 110  
 115  
 120  
 125  
 130  
 135  
 140  
 145  
 150  
 155  
 160  
 165  
 170  
 175  
 180  
 185  
 190  
 195  
 200  
 205  
 210  
 215  
 220  
 225  
 230  
 235  
 240  
 245  
 250  
 255  
 260  
 265  
 270  
 275  
 280  
 285  
 290  
 295  
 300  
 305  
 310  
 315  
 320  
 325  
 330  
 335  
 340  
 345  
 350  
 355  
 360  
 365  
 370  
 375  
 380  
 385  
 390  
 395  
 400  
 405  
 410  
 415  
 420  
 425  
 430  
 435  
 440  
 445  
 450  
 455  
 460  
 465  
 470  
 475  
 480  
 485  
 490  
 495  
 500  
 505  
 510  
 515  
 520  
 525  
 530  
 535  
 540  
 545  
 550  
 555  
 560  
 565  
 570  
 575  
 580  
 585  
 590  
 595  
 600  
 605  
 610  
 615  
 620  
 625  
 630  
 635  
 640  
 645  
 650  
 655  
 660  
 665  
 670  
 675  
 680  
 685  
 690  
 695  
 700  
 705  
 710  
 715  
 720  
 725  
 730  
 735  
 740  
 745  
 750  
 755  
 760  
 765  
 770  
 775  
 780  
 785  
 790  
 795  
 800  
 805  
 810  
 815  
 820  
 825  
 830  
 835  
 840  
 845  
 850  
 855  
 860  
 865  
 870  
 875  
 880  
 885  
 890  
 895  
 900  
 905  
 910  
 915  
 920  
 925  
 930  
 935  
 940  
 945  
 950  
 955  
 960  
 965  
 970  
 975  
 980  
 985  
 990  
 995

oili remigio noctemque diemque fatigant  
 et longos superant flexus variisque teguntur  
 arboribus viridisque secant placido aequore silvas.  
 sol medium caeli conscenderat igneus orbem,  
 cum muros arcemque procul ac rara domorum  
 tecta vident, quae nunc Romana potentia caelo  
 aequavit, tum res inopes Euandrus habebat.  
 ocius advertunt proras urbique propinquant.  
 Forte die sollemnem illo rex Arcas honorem  
 Amphitryoniadae magno divisique ferebat  
 ante urbem in luco. Pallas huic filius una,  
 una omnes iuvenum primi pauperque senatus  
 tura dabant tepidusque cruor fumabat ad aras.  
 ut celsas videre rates atque inter opacum  
 adlabi nemus et tacitos incumbere remis,  
 terrentur visu subito cunctique relictis  
 consurgunt mensis. audax quos rumpere Pallas  
 sacra vetat raptoque volat telo obvius ipse  
 et procul e tumulo: 'iuvenes, quae causa subegit  
 ignotas temptare vias? quo tenditis?' inquit,  
 'qui genus? unde domo? pacemne huc fertis an arma?'  
 tum pater Aeneas puppi sic fatur ab alta  
 paciferaeque manu ramum praetendit olivae:  
 'Troiuigenas ac tela vides inimica Latinis,  
 quos illi bello profugos egere superbo.  
 Euandrum petimus. ferte haec et dicite lectos  
 Dardaniae venisse duces socia arma rogantes.'  
 obstipuit tanto percussus nomine Pallas:  
 'egredere o, quicumque es,' ait 'coramque parentem  
 adloquere ac nostris succede penatibus hospes'  
 excepitque manu dextramque amplexus inhaesit.  
 progressi subeunt luco fluviumque relinquunt.

Tum regem Aeneas dictis adfatur amicis:  
 'optime Graiugenum, cui me Fortuna precari  
 et vitta comptos voluit praetendere ramos,  
 non equidem extimui, Danaum quod ductor et Arcas

98 ac] per Schap. 105 pariterque Lindner GPr. Hirschberg  
 1886, 4. 108 tacitis  $\gamma^2c^2$  Serv. Ribb.

quodque ab stirpe fores geminis coniunctus Atridis; 130  
 sed mea me virtus et sancta oracula divom  
 cognatique patres, tua terris didita fama,  
 coniunxere tibi et fatis egere volentem.  
 Dardanus, Iliacae primus pater urbis et auctor,  
 Electra, ut Grai perhibent, Atlantide cretus, 135  
 advehitur Teucros; Electram maximus Atlas  
 edidit, aetherios umero qui sustinet orbis.  
 vobis Mercurius pater est, quem candida Maia  
 Cyllenae gelido conceptum vertice fudit;  
 at Maiam, auditis si quicquam credimus, Atlas, 140  
 idem Atlas generat, caeli qui sidera tollit.  
 sic genus amborum scindit se sanguine ab uno.  
 his fretus non legatos neque prima per artem  
 temptamenta tui pepigi; me, me ipse meumque  
 obieci caput et supplex ad limina veni. 145  
 gens eadem, quae te, crudeli Daunia bello  
 insequitur; nos si pellant, nihil afore credunt,  
 quin omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittant  
 et mare, quod supra, teneant, quodque adluit infra.  
 accipe daque fidem. sunt nobis fortia bello 150  
 pectora, sunt animi et rebus spectata iuventus.  
 Dixerat Aeneas. ille os oculosque loquentis  
 iamdudum et totum lustrabat lumine corpus;  
 tum sic pauca refert: 'ut te, fortissime Teucrum,  
 accipio adgnoscoque libens! ut verba parentis 155  
 et vocem Anchisae magni voltumque recorder!  
 nam memini Hesionae visentem regna sororis  
 Laomedontiaden Priamum Salamina petentem  
 protinus Arcadiae gelidos invisere finis.  
 tum mihi prima genas vestibat flore iuventas; 160  
 mirabarque duces Teucros, mirabar et ipsum  
Laomedontiaden, sed cunctis altior ibat  
 Anchises. mihi mens iuvenali ardebat amore  
 compellare virum et dextrae coniungere dextram;  
 accessi et cupidus Phenei sub moenia duxi. 165  
 ille mihi insignem pharetram Lyciasque sagittas  
 discedens chlamydemque auro dedit intertextam

131 *tua me virtus, tua l. d. f. cogn. p. et s. or. d.* Jort. 481.  
 133 *votis* prop. Kl. 1869, 10. 149 (G. II 158) damn. Peerlk. et Ribb.  
 167 *intertexto* P'R; cf. Serv.

frenaque bin  
 ergo et, qua  
 et, lux cum  
 auxilio laet  
 interea sacra  
 annua, quae  
 nobiscum et

Haec ul  
 pocula gram  
 praecipuumq  
 accipit Aene  
 tum lecti iu  
 viscera tosta  
 dona laborat  
 vescitur Aen  
 perpetui ter

Postqu  
 rex Euandru  
 has ex mor  
 vana supers  
 imposuit: s  
 servati facir  
 iam primun  
 disiectae p  
 stat domus

hic spelunc  
 semihomini  
 solis inacce

caede tepeb  
 ora virum t  
 huic monstr  
 ore vomens  
 attulit et  
 auxilium adv  
 tergemini n  
 Alcides ader  
 ingentis, val  
 at furis Cac  
 aut intractat

197 *squa*  
 Henry J.J. 186  
 Peerlk.

Vergilius.

frenaque bina, meus quae nunc habet aurea Pallas.  
 ergo et, quam petitis, iuncta est mihi foedere dextra  
 et, lux cum primum terris se crastina reddet, 170  
 auxilio laetos dimittam opibus iuvabo.  
 interea sacra haec, quando huc venistis amici,  
 annua, quae differre nefas, celebrate faventes  
 nobiscum et iam nunc sociorum adsuescite mensis.<sup>2</sup>

Haec ubi dicta, dapes iubet et sublata reponi 175  
 pocula gramineoque viros locat ipse sedili  
 praecipuumque toro et villosi pelle leonis  
 accipit Aenean solioque invitat acerno.  
 tum lecti iuvenes certatim araeque sacerdos  
 viscera tosta ferunt taurorum onerantque canistris *f. I, 195. 180*  
 dona laboratae Cereris Bacchumque ministrant. *Stat. Theb. I, 513*  
 vescitur Aeneas simul et Troiana iuventus  
 perpetui tergo bovis et lustralibus extis.

Postquam exempta fames et amor compressus edendi,  
 rex Euandrus ait: non haec sollemnia nobis, 185  
 has ex more dapes, hanc tanti numinis aram  
 vana superstitio veterumque ignara deorum — *cf. Norden 309. Stat. Theb. I, 554.*  
 imposuit: saevis, hospes Troiane, periclis  
 servati facimus meritosque novamus honores.  
 iam primum saxis suspensam hanc aspicere rupem, 190  
 disiectae procul ut moles desertaque montis  
 stat domus et scopuli ingentem traxere ruinam.  
 hic spelunca fuit vasto submota recessu,  
 semihominis Caci facies quam dira tenebat,  
 solis inaccessam radiis; semperque recenti 195  
caede tepebat humus foribusque adfixa superbis  
 ora virum tristi pendebant pallida tabo.  
 huic monstro Volcanus erat pater: illius atros  
 ore vomens ignis magna se mole ferebat.  
 attulit et nobis aliquando optantibus aetas 200  
 auxilium adventumque dei. nam maximus ultor,  
 tergemini nece Geryonae spoliisque superbus,  
 Alcides aderat taurosque hac victor agebat  
 ingentis, vallemque boves amnemque tenebant.  
 at furis Caci mens effera, ne quid inausum 205  
 aut intractatum scelerisve dolive fuisset,

197 *squallida* M<sup>1</sup>? Rbb. 200 *et] en?* cf. IX 7. 205 *furis* M  
 (Henry JJ. 1867, 725 et Aen. I, XXVII) *γ<sup>2</sup>b<sup>2</sup>cα* Serv. *furis* C. manus  
 Peerlk.

quattuor a stabulis praestanti corpore tauros  
 avertit, totidem forma superante iuvenças;  
 atque hos, ne qua forent pedibus vestigia rectis,  
 cauda in speluncam tractos versisque viarum 210  
iudiciis raptos saxo occultabat opaco.  
 quaerenti nulla ad speluncam signa ferebant. —  
 interea, cum iam stabulis saturata moveret  
 Amphitryoniades armenta abitumque pararet,  
 discessu mugire boves atque omne querellis 215  
impleri nemus et colles clamore relinqui.  
 reddidit una boum vocem vastoque sub antro  
 mugit et Caci spem custodita fefellit.  
 hic vero Alcidae furiis exarserat atro  
felle dolor, rapit arma manu nodisque gravatum *cf. V, 492 f.*  
robur et aërii cursu petit ardua montis. *[X, 575] 220*  
 tum primum nostri Cacum videre timentem  
 turbatumque oculi; fugit ilicet ocior Euro  
 speluncamque petit: pedibus timor addidit alas. 225  
 ut sese inclusit ruptisque immane catenis  
 deiecit saxum, ferro quod et arte paterna  
 pendebat, fultosque emuniit obice postis,  
 ecce, furens animis aderat Tiryntius omnemque  
accessum lustrans huc ora ferebat et illuc  
dentibus infrendens: ter totum fervidus ira 230  
lustrat Aventini montem, ter saxea temptat  
limina nequiquam, ter fessus vallē resedit. —  
 stabat acuta silex, praecisis undique saxis  
 speluncae dorso insurgens, altissima visu,  
 dirarum nidis domus opportuna volucrum. 235  
 hanc, ut prona iugo laevum incumbibat ad annem,  
 dexter in adversum nitens concussit et imis  
 avolsam solvit radicibus, inde repente  
impulit, impulsu quo maximus intonat aether,  
dissultant ripae refluitque exterritus amnis. 240  
 at specus et Caci detecta apparuit ingens  
regia et umbrosae penitus patuere cavernae,  
non secus ac si qua penitus vi terra dehiscens  
infernās reseret sedes et regna recludat

211 raptor Wak. Ribb. 212 quaerentis b<sup>3</sup> quaerentes Ry<sup>2</sup>a<sup>2</sup>c<sup>2</sup>  
 218 s. Alcides (furtis ex. a. f. d.) r. Speijer 24. 223 oculi χ; cf. Serv.  
 oculos γ<sup>1</sup> oculis cet. libri, Ribb. 236 ad] in auct. Iulio<sup>2</sup> Rufiniano  
 255 Rbb. 244 reseret M<sup>2</sup>PRya<sup>1</sup>c<sup>1</sup>

pallida, dis  
 cernatur, u  
 ergo insper  
 inclusumq  
 desuper Al  
 advocat et  
 ille autem  
 faucibus ing  
 evomit invol  
 prospectum  
 fumiferam n  
 non tulit Al  
 praecipiti ie  
 fumus agit  
 hic Cacum  
 corripit in  
 elisos oculos  
 panditur ext  
 abstractaequ  
 caelo ostend  
 protrahitur.  
 terribilis oc  
 pectora sen  
 ex illo cele  
 servavere d  
 et domus l  
 hanc aram  
 dicetur nob  
 quare agite  
 cingite fron  
 comunemq  
 dixerat, Her  
 velavitque  
 et sacer imp  
 in mensam  
 Devexo  
 iamque sacer  
 pellibus in m  
 246 trep  
 Ribb. 257  
 prop. Kl.  
 l 7, 11. 27



pallida, dis invisā, superque immane barathrum  
 cernatur, trepident immisso lumine manes. 245  
f. 5v. m. II, 260  
et V, 357.  
 ergo insperata deprensū in luce repente  
 inclusumque cavo saxo atque insueta rudentem  
 desuper Alcides telis premit omniaque arma  
 advocat et ramis vastisque molaribus instat. 250  
 ille autem (neque enim fuga iam super ulla pericli)  
 faucibus ingentem fumum (mirabile dictū)  
 evomit involvitque domum caligine caeca  
 prospectum eripiens oculis glomeratque sub antro  
 fumiferam noctem commixtis igne tenebris. 255  
 non tulit Alcides animis seque ipse per ignem  
 praecipiti iecit saltu, qua plurimus undam  
 fumus agit nebulaque ingens specus aestuat atra.  
 hic Cacum in tenebris incendia vana vomentem  
 corripit in nodum complexus et angit inhaerens 260  
 elisos oculos et siccum sanguine guttur.  
 panditur extemplo foribus domus atra revolsis  
 abstractaeque boves abiurataeque rapinae  
 caelo ostenduntur pedibusque informe cadaver  
 protrahitur. nequeunt expleri corda tuendo 265  
 terribilis oculos, voltum villosaque saetis  
 pectora semiferi atque extinctos faucibus ignis. —  
 ex illo celebratus honos laetique minores  
 servavere diem primusque Potitius auctor  
 et domus Herculei custos Pinaria sacri. 270  
 hanc aram luco statuit, quae maxima semper  
 dicetur nobis et erit quae maxima semper.  
 quare agite, o iuvenes, tantarum in munere laudum  
 cingite fronde comas et pocula porgite dextris  
 communemque vocate deum et date vina volentes. 275  
 dixerat, Herculea bicolor cum populus umbra  
 velavitque comas folisque innexa pependit  
 et sacer implevit dextram scyphus. ocius omnes  
 in mensam laeti libant divosque precantur.  
 Devexo interea propior fit Vesper Olympo. 280  
 iamque sacerdotes primusque Potitius ibant  
 pellibus in morem cincti flammisque ferebant.

246 *trepidantque* R *trepidentque* Wagn. 247 in om. M<sup>1</sup>Py<sup>1</sup>  
 Ribb. 257 *iniecit* P<sup>2</sup>ya<sup>2</sup>cz 261 *elidens* multi' ap. Serv. *eliditque*  
 prop. Kl. 271 *statui* Pomponius Laetus; de re cf. Weisenborn Liv.  
 I 7, 11. 271/2 *damn.* Heyne. 277 *innexa]* *immissa* Probus 46, 18.

instaurant epulas et mensae grata secundae  
 dona ferunt cumulantque oneratis lancibus aras.  
 tum Salii ad cantus incensa altaria circum 285  
 populeis adsunt evincti tempora ramis,  
 hic iuvenum chorus, ille senum; qui carmine laudes  
 Herculeas et facta ferunt, ut prima novercae  
 monstra manu geminosque premens eliserit anguis,  
 ut bello egregias idem disiecerit urbes, 290  
 Troiamque Oechaliamque, ut duros mille labores  
 rege sub Eurystheo fatis Iunonis iniquae  
 pertulerit. tu nubigenas, invicte, bimembris,  
 Hylaeumque Pholumque, manu, tu Cresia mactas  
 prodigia et vastum Nemeae sub rupe leonem;  
 te Stygii tremuere lacus, te ianitor Orci  
 ossa super recubans antro semesa cruento,  
 nec te ullae facies, non terruit ipse Typhoeus  
 arduus arma tenens; non te rationis egentem  
 Lernaeus turba capitum circumstetit anguis. 300  
 salve, vera Iovis proles, decus addite divis,  
 et nos et tua dexter adi pede sacra secundo.  
 talia carminibus celebrant, super omnia Caci  
 speluncam adiciunt spirantemque ignibus ipsum.  
 consonat omne nemus strepitu collesque resultant. 305  
 Exin se cuncti divinis rebus ad urbem  
 perfectis referunt. ibat rex obsitus aevo  
 et comitem Aenean iuxta natumque tenebat  
 ingrediens varioque viam sermone levabat.  
 miratur facilisque oculos fert omnia circum 310  
 Aeneas capiturque locis et singula laetus  
 exquirique auditque virum monumenta priorum.  
 tum rex Euandrus Romanae conditor arcis:  
 haec memora indigenae fauni nymphaeque tenebant  
 gensque virum truncis et duro robore nata, 315  
 quis neque mos neque cultus erat; nec iungere tauros  
 aut componere opes norant aut parcere parto,  
 sed rami atque asper victu venatus alebat.  
 primus ab aetherio venit Saturnus Olympo  
 arma Iovis fugiens et regnis exsul ademptis. 320  
 is genus indocile ac dispersum montibus altis

283/4 in margine ad 279 appositos fuisse cens. Heyne, secl. Ribb.  
 297 semiesa Lad. semessa P<sup>2</sup> Ribb. 299/300 post 295 transponi iub.  
 Kl. 1870, 8. 301 deus cod. Parrhas. et Bentl.

composuit leg  
 maluit, his q  
 aurea quae  
 saecula: sic p  
 deterior done  
 et belli rabies  
 tum manus A  
 saepius et no  
 tum reges asp  
 a quo post I  
 diximus; am  
 me pulsum p  
 fortuna omni  
 his posuere l  
 Carmentis ny

Vix ea c  
 et Carmental  
 quam memor  
 vatis fatidica  
 Aeneadas ma  
 hinc lucum  
 rettulit, et  
 Parrhasio d  
 nec non et  
 testaturque  
 hinc ad Tar  
 aurea nunc  
 iam tum rel  
 dira loci, ia  
 hoc nemus  
 (quis deus  
 credunt se  
 aegida concu  
 haec duo pr  
 reliquias vete  
 hanc Ianus p  
 Ianiculum hu  
 Talibus  
 pauperis Eua

324 fuer  
 QV. V. 344  
 l. d. h. A.? an

composuit legesque dedit Latiumque vocari  
 maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.  
 aurea quae perhibent, illo sub rege fuere  
 saecula: sic placida populos in pace regebat, 325  
 deterior donec paulatim ac decolor aetas  
 et belli rabies et amor successit habendi.

tum manus Ausonia et gentes venere Sicanae,  
 saepius et nomen posuit Saturnia tellus;  
 tum reges asperque immani corpore Thybris, 330

a quo post Itali fluvium cognomine Thybrim  
 diximus; amisit verum vetus Albula nomen.  
 me pulsum patria pelagique extrema sequentem  
 fortuna omnipotens et ineluctabile fatum  
 his posuere locis matrisque egere tremenda 335

Carmentis nymphae monita et deus auctor Apollo.<sup>2</sup>

Vix ea dicta, dehinc progressus monstrat et aram  
 et Carmentalem Romani nomine portam  
 quam memorant, nymphae priscum Carmentis honorem,  
 vatis fatidicae, cecinit quae prima futuros 340  
 Aeneadas magnos et nobile Pallanteum.

hinc lucum ingentem, quem Romulus acer asyllum  
 rettulit, et gelida monstrat sub rupe Lupercal,  
 Parrhasio dictum Panos de more Lycaci. 345

nec non et sacri monstrat nemus Argileti  
 testaturque locum et letum docet hospitis Argi. *f. schol.*  
 hinc ad Tarpeiam sedem et Capitolia ducit,  
 aurea nunc, olim silvestribus horrida dumis.

iam tum religio pavidos terrebat agrestis  
 dira loci, iam tum silvam saxumque tremebant. 350

'hoc nemus, hunc' inquit 'frondoso vertice collem  
 (quis deus, incertum est) habitat deus; Arcades ipsum *Id. m. III, 612.*

credunt se vidisse Iovem, cum saepe nigrantem  
 aegida concuteret dextra nimbosque cieret.

haec duo praeterea disiectis oppida muris, 355  
 reliquias veterumque vides monumenta virorum:

hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit arcem;  
 Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.<sup>3</sup>

Talibus inter se dictis ad tecta subibant  
 pauperis Euandri passimque armenta videbant 360

324 fuerunt Pyc schol. Hor. IV 2, 22. Ribb. G. II 316; cf. Wagn. QV. V. 344 monte x Schrad.; cf. Ov. F. II 423. 346 testatumque loco l. d. h. A.? an taetatumque locum leto . . ? 357 arcem] urbem M<sup>2</sup>R

Romanoque foro et lautis mugire Carinis.  
 ut ventum ad sedes: 'haec' inquit 'limina victor  
 Alcides subiit, haec illum regia cepit.  
 aude, hospes, contemnere opes et te quoque dignum  
 finge deo rebusque veni non asper egenis.' 365  
 dixit et angusti subter fastigia tecti  
 ingentem Aeneam duxit stratisque locavit  
 effultum foliis et pelle Libystidis ursae. *q. V. 37.*  
 Nox ruit et fuscis tellurem amplectitur alis.  
 at Venus haud animo nequiquam exterrita mater 370  
 Laurentumque minis et duro mota tumultu  
 Vulcanum adloquitur thalamoque haec coniugis aureo  
 incipit et dictis divinum adspirat amorem:  
 'dum bello Argolici vastabant Pergama reges  
 debita casurasque inimicis ignibus arces, 375  
 non ullum auxilium miseris, non arma rogavi  
 artis opisque tuae nec te, carissime coniunx,  
 incassumve tuos volui exercere labores,  
 quamvis et Priami deberem plurima natis  
 et durum Aeneae flevissem saepe laborem. 380  
 nunc Iovis imperiis Rutulorum constitit oris.  
 ergo eadem supplex venio et sanctum mihi numen  
 arma rogo genetrix nato: te filia Nerei,  
 te potuit lacrimis Tithonia flectere coniunx.  
 aspice, qui coeant populi, quae moenia clausis 385  
 ferrum acuunt portis in me excidiumque meorum.'  
 dixerat et niveis hinc atque hinc diva lacertis  
 cunctantem amplexu molli fovet. ille repente  
 accepit solitam flammam, notusque medullas  
 intravit calor et labefacta per ossa cucurrit, 390  
 non secus atque olim, tonitru cum rupta corusco  
 ignea rima micans percurrit lumine nimbos.  
 sensit laeta dolis et formae conscia coniunx.  
 Tum pater aeterno fatur devinctus amore:  
 'quid causas petis ex alto? fiducia cessit 395  
 quo tibi, diva, mei? similis si cura fuisset,  
 tum quoque fas nobis Teucros armare fuisset;  
 nec pater omnipotens Troiam nec fata vetabant

361 *latis* M 364 s. *dignam finge domum* P. Cauer RhM. 1883,  
 470. *deo] decus?* 374 *vexabant* prop. Güthl. 1886. 7. 382 *nomen*  
 P<sup>1</sup>y Leid.; Ribb., ut s. m. n. sit parenthesis. Prol. 322 idem prop. *sanc-*  
*tum tibi numen.* 391 *non] haut* M

stare decemqu  
 et nunc, si b  
 quidquid in a  
 quod fieri fo  
 quantum ignes  
 viribus indubi  
 optatos dedit  
 coniugis infus

Inde ubi  
 carriculo exp  
 cui tolerare co  
 impositum, ci  
 noctem adden  
 exercet penso  
 coniugis et p  
 haud secus la  
 mollibus e st  
 insula Sicani  
 erigitur Lipa  
 quam subter  
 antra Aetnae  
 auditi referu  
 stricturae Cl  
 Volcani dom  
 hoc tunc li

Ferrun  
 Brontesque  
 his informat  
 fulmen erat  
 deicit in ter  
 tris imbris t  
 addiderant.  
 fulgores n  
 miscebant op  
 parte alia M  
 instabant, q  
 aegidaque ho  
 certatim squ  
 conexosque

406 in/ta  
 Peetlk. 411

176. in/ta

stare decemque alios Priamum superesse per annos.  
 et nunc, si bellare paras atque haec tibi mens est, 400  
 quidquid in arte mea possum promittere curae,  
 quod fieri ferro liquidove potest electro,  
 quantum ignes animaeque valent — absiste precando  
 viribus indubitare tuis. ea verba locutus  
 optatos dedit amplexus placidumque petivit  
 coniugis infusus gremio per membra soporem. 405

Inde ubi prima quies medio iam noctis abactae 410  
 curriculo expulerat somnum, cum femina primum,  
 cui tolerare colo vitam tenuique Minerva

impositum, cinerem et sopitos suscitavit ignis 410

noctem addens operi famulasque ad lumina longo 410

exercet penso, castum ut servare cubile 410

coniugis et possit parvos educere natos — 410

haud secus Ignipotens nec tempore segnior illo 410

mollibus e stratis opera ad fabrilia surgit. 415

insula Sicanium iuxta latus Aeoliamque 415

erigitur Liparen fumantibus ardua saxis, 415

quam subter specus et Cycloperum exesa caminis 415

antra Aetnaea tonant validique incudibus ictus 420

auditi referunt gemitus striduntque cavernis 420

stricturae Chalybum et fornacibus ignis anhelat, 420

Volcani domus et Volcania nomine tellus. 420

hoc tunc Ignipotens caelo descendit ab alto. 420

Ferrum exercebant vasto Cycloper in antro, 425

Brontesque Steropesque et nudus membra Pyracon. 425

his informatum manibus iam parte polita 425

fulmen erat, toto genitor quae plurima caelo 425

deicit in terras, pars imperfecta manebat: 425

tris imbris torti radios, tris nubis aquosae 430

addiderant, rutili tris ignis et alitis austri; 430

fulgores nunc terrificos sonitumque metumque 430

miscabant operi flammisque sequacibus iras. 430

parte alia Marti currumque rotasque volucris 435

instabant, quibus ille viros, quibus excitat urbes; 435

aegidaque horrifera, turbatae Palladis arma, 435

certatim squamis serpentum auroque polibant 435

conexosque anguis ipsamque in pectore divae 435

406 *infusum* P<sup>1</sup>R<sup>2</sup>; cf. Serv. 407 *abactae*] *opacae* a; idem coni.  
 Peerlk. 412 *exercens* M 420 *gemitum* Rbc<sup>1</sup>π 423 *huc* Pγ<sup>1</sup>π<sup>2</sup>

406. *infusum* cf. Sen. Med. 940.

Gorgona desecto vertentem lumina collo.  
 'tollite cuncta' inquit 'coeptosque auferte labores,  
 Aetnaei Cyclopes, et huc advertite mentem: 440  
 arma acri facienda viro. nunc viribus usus,  
 nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra.  
 praecipitate moras.' nec plura effatus, at illi  
 ocuis incubuere omnes pariterque laborem  
 sortiti. fluit aes rivis auriq̄ue metallum 445  
 volnificusque chalybs vasta fornace liquescit.  
 ingentem clipeum informant, unum omnia contra  
 tela Latinorum, septenosque orbibus orbis  
 impediunt. alii ventosis follibus auras  
 accipiunt redduntque, alii stridentia tingunt 450  
 aera lacu. gemit impositis incudibus antrum.  
 illi inter sese multa vi brachia tollunt  
 in numerum versantque tenaci forcipe massam.

Haec pater Aeoliis properat dum Lemnius oris,  
 Euandrum ex humili tecto lux suscitât alma 455  
 et matutini volucrum sub culmine cantus.  
 consurgit senior tunicaque inducitur artus  
 et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis,  
 tum lateri atque umeris Tegeaeum subligat ensem  
 demissa ab laeva pantherae terga retorquens. 460  
 nec non et gemini custodes limine ab alto  
 praecedunt gressumque cares comitantur erilem.  
 hospitis Aeneae sedem et secreta petebat  
 sermonum memor et promissi muneris heros.  
 nec minus Aeneas se matutinus agebat. 465  
 filius huic Pallas, illi comes ibat Achates.  
 congressi iungunt dextras mediisque residunt  
 aedibus et licito tandem sermone fruuntur.

Rex prior haec:  
 'maxime Teucrorum ductor, quo sospite numquam 470  
 res equidem Troiae victas aut regna fatebor,  
 nobis ad belli auxilium pro nomine tanto  
 exiguae vires: hinc Tusco claudimur amni,  
 hinc Rutulus premit et murum circumsonat armis.  
 sed tibi ego ingentis populos opulentaque regnis 475  
 iungere castra paro, quam fors inopina salutem

455 lecto prop. auct. Wak. Lindner GPr. Hirschberg 1886, 5.  
 460 pantherea Py Rbb. 461 limine ab arto Markl. Stat. S. I 1, 46.  
 l. aperto Peerlk. 475 regni vel regi Kl. Z6G. 1881, 594.

ostentat; fati  
 haud proci h  
 urbis Agyllina  
 gens, bello  
 hanc multos  
 imperio et sae  
 quid memorem  
 effera? di capi  
 mortua quin e  
 componens ma  
 tormenti genus  
 complexu in n  
 at fessi tandem  
 armati circum  
 obtruncant so  
 ille inter caed  
 confugere et T  
 ergo omnis fu  
 regem ad sup  
 his ego te, A  
 toto namque  
 signaque fer  
 fata canens:  
 flos veterum  
 fert dolor et  
 nulli fas Ital  
 externos opt  
 hoc acies ca  
 ipse oratores  
 cum sceptro  
 succedam cas  
 sed mihi tar  
 invidet imp  
 natum exhort  
 hinc partem  
 et generi fata  
 ingredi, o  
 hunc tibi pra  
 Pallanta adiu

492 caede  
 indulget br Se

ostentat; fatis huc te poscentibus adfers.  
 haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto  
 440 urbis Agyllinae sedes, ubi Lydia quondam  
 gens, bello praeclara, iugis insedit Etruscis. 450  
 hanc multos florentem annos rex deinde superbo  
 imperio et saevis tenuit Mezentius armis.  
 quid memorem infandas caedes, quid facta tyranni  
 445 effera? di capiti ipsius generique reservent!  
 mortua quin etiam iungebat corpora vivis 485  
 componens manibusque manus atque oribus ora,  
 tormenti genus, et sanie taboque fluentis  
 complexu in misero longa sic morte necabat.  
 450 at fessi tandem cives infanda furentem  
 armati circumsistunt ipsumque domumque, 490  
 obtruncant socios, ignem ad fastigia iactant.  
 ille inter caedem Rutulorum elapsus in agros  
 confugere et Turni defendier hospitis armis.  
 455 ergo omnis furiis surrexit Etruria iustis,  
 regem ad supplicium praesenti Marte reposcunt. 495  
 his ego te, Aenea, ductorem milibus addam.  
 toto namque fremunt condensae litore puppes  
 signaque ferre iubent, retinet longaevus haruspex  
 460 fata canens: "o Maeoniae delecta iuventus,  
 flos veterum virtusque virum, quos iustus in hostem 500  
 fert dolor et merita accendit Mezentius ira,  
 nulli fas Italo tantam subiungere gentem:  
 externos optate duces." tum Etrusca resedit  
 465 hoc acies campo monitis exterrita divom.  
 ipse oratores ad me regnique coronam 505  
 cum sceptro misit mandatque insignia Tarchon,  
 succedam castris Tyrrhenaque regna capessam.  
 sed mihi tarda gelu saeculisque effeta senectus  
 470 invidet imperium seraeque ad fortia vires.  
 natum exhortarer, ni mixtus matre Sabella 510  
 hinc partem patriae traheret. tu, cuius et annis  
 et generi fata indulgent, quem numina poscunt,  
 ingredi, o Teucrum atque Italum fortissime ductor! —  
 475 hunc tibi praeterea, spes et solacia nostri,  
 Pallanta adiungam; sub te tolerare magistro 515

492 caedes M<sup>2</sup>Pbεπ caedems γ 512 fatum P<sup>1</sup>Rγ<sup>1</sup>bπ Serv. pl.  
 indulget bπ Serv. pl. indulges P<sup>1</sup> indulgeet R

militiam et grave Martis opus, tua cernere facta  
adsuescat primis et te miretur ab annis.

Arcadas huic equites bis centum, robora pubis  
lecta, dabo totidemque suo tibi nomine Pallas.

Vix ea fatus erat: defixique ora tenebant *cf. T. 1* 520

Aeneas Anchisiades et fidus Achates,  
multaque dura suo tristi cum corde putabant,  
ni signum caelo Cytherea dedisset aperto.  
namque improvise vibratus ab aethere fulgor  
cum sonitu venit et ruere omnia visa repente 525

Tyrrhenusque tubae mugire per aethera clangor.  
suspiciunt, iterum atque iterum fragor increpat ingens:

arma inter nubem caeli in regione serena  
per sudum rutilare vident et pulsa tonare.

obstipuere animis alii, sed Troius heros 530  
adgnovit sonitum et divae promissa parentis.

tum memorat: 'ne vero, hospes, ne quaere profecto,  
quem casum portenta ferant, ego poscor Olympo:

hoc signum cecinit missuram diva creatrix, 535  
si bellum ingrueret, Volcaniaque arma per auras  
laturam auxilio.

heu quantae miseris caedes Laurentibus instant!  
quas poenas mihi, Turne, dabis! quam multa sub undas  
scuta virum galeasque et fortia corpora volves, *cf. I, 109.*  
Thybrī pater! poscant acies et foedera rumpant! 540

Haec ubi dicta dedit, solio se tollit ab alto  
et primum Herculeis sopitas ignibus aras *cf. v. 410. V.*

excitat hesternumque larem parvosque penatis  
laetus adit; mactat lectas de more bidentis,  
Euandrus pariter, pariter Troiana iuventus. 545

*Luc. VI. 76* post hinc ad navis graditur sociosque revisit,  
quorum de numero, qui sese in bella sequantur,

praestantis virtute legit; pars cetera prona  
fertur aqua segnisque secundo defluit amni,

nuntia ventura Ascanio rerumque patrisque. 550

519 tuo M<sup>1</sup> sibi M<sup>1</sup>P<sup>2</sup>γ<sup>1</sup> Ribb. munere PRyb Ribb. suo tibi  
munere def. Schröt. 1888, 5. 528 in om. M<sup>1</sup> Non. 31, 15. Ribb.

529 suidum Rb<sup>2</sup> Ribb. 532 quaere, profecto quem Lad. 533

poscor: Olympo hoc Peerlk. Lad.; cf. Serv. 538 unda Rbπ; cf. I 100.

543 suscitat Rmπ esternumque Ma<sup>2</sup> ext. Ra<sup>1</sup>, comm. Serv.

544 mactant Mχ (= IV 57) Lad. et Ribb. commate in fine v. non pos.;  
cf. V 72 s.

dantur equi Te  
ducant exsorte  
pellis obit to  
Fama vu  
ocius ire equit  
vota metu dup  
it timor et ma  
tum pater Eua  
haeret inexpl  
o mihi praeter  
qualis eram, c  
stravi scutorum  
et regem hac  
nascenti cui tr  
(horrendum di  
ter Leto stern  
abstulit haec a  
non ego nunc  
nate, tuo, ne  
hinc capiti ins  
funera, tam  
at vos, o sup  
Iuppiter, Aro  
et patrias au  
incolumem Pa  
si visurus eun  
vitam oro, pa  
sin aliquem in  
nunc, nunc o  
dum curae am  
dum te, care  
complexu ten  
volueret, haec  
fundebat, famu  
lamque ad  
Aeneas inter pr  
inde alii Troiae  
555 limina  
M<sup>2</sup> alit ap. Serv.  
567 Kl.; cf. Serv.  
579 nunc, o nunc  
IX 480 pt. cod. F



dantur equi Teucris Tyrrhena petentibus arva;  
ducunt exsortem Aeneae, quem fulva leonis  
pellis obit totum praefulgens unguibus aureis.

Fama volat parvum subito volgata per urbem  
ocius ire equites Tyrrheni ad litora regis. 555

vota metu duplicant matres, propiusque periclo  
it timor et maior Martis iam apparet imago.

tum pater Euandrus dextram complexus euntis  
haeret inexpectus lacrimans ac talia fatur: 525

o mihi praeteritos referat si Iuppiter annos, 560  
qualis eram, cum primam aciem Praeneste sub ipsa  
stravi scutorumque incendi victor acervos

et regem hac Erulum dextra sub Tartara misi,  
nascenti cui tris animas Feronia mater

(horrendum dictu) dederat, terna arma movenda; 565  
ter Leto sternendus erat; cui tum tamen omnis  
abstulit haec animas dextra et totidem exiit armis —:

non ego nunc dulci amplexu divellerer usquam,  
nate, tuo, neque finitimo Mezentius umquam

huic capiti insultans tot ferro saeva dedisset 570  
funera, tam multis viduasset civibus urbem.  
at vos, o superi, et divom tu maxime rector

Iuppiter, Arcadii, quaesio, miserescite regis  
et patrias audite preces. si numina vestra

incolumem Pallanta mihi, si fata reservant, 575  
si visurus eum vivo et venturus in unum,  
vitam oro, patior quemvis durare laborem;

sin aliquem infandum casum, Fortuna, minaris,  
nunc, nunc o liceat crudelem abrumpere vitam,

dum curae ambiguae, dum spes incerta futuri, 580  
dum te, care puer, mea sola et sera voluptas,  
complexu teneo, gravior neu nuntius auris

volneret. haec genitor digressu dicta supremo  
fundebat, famuli conlapsum in tecta ferebant.

Iamque adeo exierat portis equitatus apertis, 585  
Aeneas inter primos et fidus Achates,  
inde alii Troiae proceres, ipse agmine Pallas

555 *limina* P<sup>γ</sup>α<sup>χ</sup> 559 *inexpectum* P<sup>1</sup>ac<sup>2</sup>π; cf. Serv. *lacrimis*  
M<sup>γ</sup>2 'alii' ap. Serv. 565 *terna* .. *armis* 567 Ribb. in parenth. pon.,  
566/7 Kl.; cf. Serv. 569 *finitimos* P<sup>1</sup> Ribb. *finitimus* Rottend. P.  
579 *nunc*, o *nunc* R<sup>1</sup> Ment. I, Ribb. 581 *sera et sola* Pb Serv.  
IX 480 pr. cod. Flor. et Regin.; Ribb. 582 *complexus* M<sup>2</sup>Rb<sup>2</sup>

520

525

530

535

540

545

550

555

560

565

570

575

580

585

590

595

600

605

610

615

620

625

630

635

640

645

650

655

660

665

670

675

680

685

690

695

700

705

710

715

720

725

730

735

740

745

750

755

760

765

770

775

780

785

790

795

800

805

810

815

820

825

830

835

840

845

850

855

860

865

870

875

880

885

890

895

900

905

910

915

920

925

930

935

940

945

950

955

960

965

970

975

980

985

990

995

1000

- κ. in medio chlamyde et pictis conspectus in armis,  
 qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda,  
 quem Venus ante alios astrorum diligit ignis, 590  
 extulit os sacrum caelo tenebrasque resolvit.  
 stant pavidae in muris matres oculisque sequuntur  
 pulveream nubem et fulgentis aere catervas.  
 olli per dumos, qua proxima meta viarum,  
 armati tendunt; it clamor et agmine facto 595  
 quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.  
 est ingens gelidum lucus prope Caeritis amnem,  
 religione patrum late sacer; undique colles  
 inclusere cavi et nigra nemus abiete cingunt;  
 Silvano fama est veteres sacrasse Pelagos, 600  
 arborum pecorisque deo, lucumque diemque,  
 qui primi finis aliquando habuere Latinos:  
 haud procul hinc Tarcho et Tyrrheni tuta tenebant  
 castra locis, celsoque omnis de colle videri 605  
 iam poterat legio et latis tendebat in arvis.  
 huc pater Aeneas et bello lecta iuventus  
 succedunt fessique et equos et corpora curant.
- At Venus aetherios inter dea candida nimbos  
 dona ferens aderat natumque in valle reducta  
 ut procul egelido secretum flumine vidit, 610  
 talibus adfata est dictis seque obtulit ultro:  
 'en perfecta mei promissa coniugis arte  
 munera, ne mox aut Laurentis, nate, superbos  
 aut acrem dubites in proelia poscere Turnum.  
 dixit et amplexus nati Cytherea petivit, 615  
 arma sub adversa posuit radiantia quercu.  
 ille deae donis et tanto laetus honore  
 expleri nequit atque oculos per singula volvit  
 miraturque interque manus et bracchia versat  
 terribilem cristis galeam flammisque vomentem 620  
 fatiferumque ensem, lorica ex aere rigentem,  
 sanguineam, ingentem, qualis cum caerulea nubes  
 solis inardescit radiis longaeque refulget;  
 tum levis ocreas electro auroque recocto  
 hastamque et clipei non enarrabile textum. 625
- Illic res Italas Romanorumque triumphos,  
 haud vatium ignarus venturique inscius aevi,

fecerat Ignipotē  
 stirpis ab Ascar  
 fecerat et viridi  
 procubuisse l  
 ludere pender  
 impavidos, illam  
 mulcere alterno  
 nec procul hinc  
 consessu caveae  
 addiderat subit  
 Romulidis Tatio  
 post idem inter  
 armati lovis an  
 stabat et caesa  
 haud procul in  
 distulerant (at  
 raptabatque vir  
 per silvam et  
 Nec non  
 accipere ingen  
 Aeneadae in f  
 illum indign  
 aspiceres, pot  
 et fluvium vi  
 in summo ca  
 stabat pro te  
 Romuleoque  
 atque hic au  
 portibus Ga  
 Galli per dum  
 defensi teneb  
 aurea caesaris  
 virgatis luc  
 auro innectur  
 gaesa manu  
 hic exsultanti  
 lanigerosque  
 vel fati x  
 prop. Wagn.  
 642 medium M  
 somnis Peerlk.  
 post 638 Hertz

fecerat Ignipotens, illic genus omne futurae  
stirpis ab Ascanio pugnataque in ordine bella.  
 fecerat et viridi fetam Mavortis in antro 630  
 procubuisse lupam, geminos huic ubera circum  
 ludere pendentis pueros et lambere matrem  
 impavidos, illam tereti cervice reflexam  
 mulcere alternos et corpora fingere lingua. —  
 nec procul hinc Romam et raptas sine more Sabinas 635  
 consessu caveae magnis circensibus actis  
 addiderat subitoque novum consurgere bellum  
 Romulidis Tatioque seni Curibusque severis.  
 post idem inter se posito certamine reges  
 armati Iovis ante aram paterasque tenentes 640  
 stabant et caesa iungebant foedera porca. —  
 haud procul inde citae Mettum in diversa quadrigae  
 distulerant (at tu dictis, Albane, maneres!)  
 raptabatque viri mendacis viscera Tullus  
 per silvam et sparsi rorabant sanguine vepres. 645

Nec non Tarquinius eiectum Porsenna iubebat  
 accipere ingentique urbem obsidione premebat;  
 Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant.  
 illum indignanti similem similemque minanti  
 aspiceres, pontem auferet quia vellere Cocles 650  
 et fluvium vinculis innaret Cloelia ruptis. —  
 in summo custos Tarpeiae Manlius arcis  
 stabat pro templo et Capitolia celsa tenebat,  
 Romuleoque recens horrebat regia culmo.  
 atque hic auratis volitans argenteus anser 655  
 porticibus Gallos in limine adesse canebat;  
 Galli per dumos aderant arcemque tenebant  
 defensi tenebris et dono noctis opacae:  
 aurea caesaries ollis atque aurea vestis, 660  
 virgatis lucent sagulis, tum lactea colla  
 auro innectuntur, duo quisque Alpina coruscant  
 gaesa manu scutis protecti corpora longis.  
 hic exsultantis Salios nudosque Lupercos  
 lanigerosque apices et lapsa ancilia caelo

vel *fati* x quidam ap. Serv. pl. v. damnant. 629 *pugnandaque*  
 prop. Wagn. 630 *et] en* mavult Ribb. 633 *reflexa* M<sup>2</sup>PRya<sup>b</sup> Ribb.  
 642 *medium* M<sup>1</sup> *Metium* M<sup>2</sup>? *Mettum* M<sup>3</sup> cet. libri, Serv. 652 *in-*  
*somnis* Peerlk. 654 post 641 sec. ed. Parm. pos. Peerlk. Lad. Ribb.;  
 post 638 Hertz.

extuderat, castae ducebant sacra per urbem 665  
 pilentis matres in mollibus. — hinc procul addit  
 Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis,  
 et scelerum poenas et te, Catilina, minaci  
 pendentem scopulo furiarumque ora trementem  
 secretosque pios, his dantem iura Catonem. 670

Haec inter tumidi late maris ibat imago  
aurea, sed fluctu spumabant caerulea cano,  
 et circum argento clari delphines in orbem  
 aequora verrebant caudis aestumque secabant.  
 in medio classis aeratas, Actia bella, 675  
 cernere erat, totumque instructo Marte videres  
 fervere Leucaten auroque effulgere fluctus.

hinc Augustus agens Italos in proelia Caesar  
 cum patribus populoque, penatibus et magnis dis,  
 stans celsa in puppi, geminas cui tempora flammās 680  
 laeta vomunt patriumque aperitur vertice sidus;  
 parte alia ventis et dis Agrippa secundis  
 arduus agmen agens, cui, belli insigne superbum,  
 tempora navali fulgent rostrata corona.

hinc ope barbarica variisque Antonius armis, 685  
 victor ab Aurorae populis et litore rubro,  
 Aegyptum virisque Orientis et ultima secum  
 Bactra vehit, sequiturque (nefas!) Aegyptia coniunx. —  
 una omnes ruere ac totum spumare reductis  
convolsum remis rostrisque tridentibus aequor. 690

alta petunt; pelago credas innare revolsas  
Cycladas aut montis concurrere montibus altos:  
 tanta mole viri turritis puppibus instant.

stuppea flamma manu telisque volatile ferrum 695  
 spargitur, arva nova Neptunia caede rubescunt.

regina in mediis patrio vocat agmina sistro  
 necdum etiam geminos a tergo respicit anguis;  
 omnigenumque deum monstra et latrator Anubis  
 contra Neptunum et Venerem contraque Minervam  
 tela tenent. saevit medio in certamine Mavors 700  
 caelatus ferro tristesque ex aethere Dirae,  
 et scissa gaudens vadit Discordia palla,

666 hinc . . . Catonem 670 cum Peerlk. secl. Gofs. 670 hic Lad.  
 685 Phariisque Heins. 694 telique R? Lad. tellisque M 698 nige-  
 numque M<sup>1</sup> inde Niligenumque Lachm. Lucr. 292. annigenumque  
 Hoffm. ZöG. 1853, 887.

quam cum sangu  
 Actus haec cer  
 desper: omnis  
 omnis Arabs,  
 ipsa videbatur  
 tela dare et lax  
 illam inter caele  
 fecerat Ignipot  
 contra autem ma  
 pendenteque si  
 caeruleum in gro  
 at Caesar triplic  
 moenia dis Ital  
 maxima ter cent  
 laetitia ludisque  
 omnibus in tem  
 ante aras terrar  
 ipse sedens niv  
 dona recognosc  
 possibus; inced  
 quam variae lin  
 hic Nomadum  
 hic Lelegas Ca  
 inxerat, Eup  
 extremique h  
 indomitique I  
 Talia per  
 miratur rerum  
 attollens umer

704 tend  
 Peerlk. 724  
 totum v. nota

quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.  
 Actius haec cernens arcum intendebat Apollo  
 desuper: omnis eo terrore Aegyptus et Indi,  
 omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabaei.  
 ipsa videbatur ventis regina vocatis  
 vela dare et laxos iam iamque immittere funis:  
 illam inter caedes pallentem morte futura  
 fecerat Ignipotens undis et lapyge ferri,  
 contra autem magno maerentem corpore Nilum  
 pandentemque sinus et tota veste vocantem  
 caeruleum in gremium latebrosaue flumina victos. —  
 at Caesar triplici invectus Romana triumpho  
 moenia dis Italis votum immortale sacrabat,  
 maxima ter centum totam delubra per urbem.  
 lactitia ludisque viae plausuque fremebant;  
 omnibus in templis matrum chorus, omnibus arae;  
 ante aras terram caesi stravere iuveni.  
 ipse sedens niveo candentis limine Phoebi  
 dona recognoscit populorum aptatque superbis  
postibus; incedunt victae longo ordine gentes  
 quam variae linguis habitu tam vestis et armis:  
 hic Nomadam genus et discinctos Mulciber Afros,  
 hic Lelegas Carasque sagittiferosque Gelonos  
 finxerat, Euphrates ibat iam mollior undis,  
 extremique hominum Morini Rhenusque bicornis,  
 indomitique Dahae et pontem indignatus Araxes.  
 Talia per clipeum Volcani, dona parentis,  
 miratur rerumque ignarus imagine gaudet  
 attollens umero famamque et fata nepotum.

704 *tendebat* Py Rbb. 719 *ante aras*] *ardentes* postpos. dist.  
 Peerlk. 724 *hinc* Pyb 725 *hinc* Pybc 721 *facta* a<sup>2</sup>επ Serv. pl.  
 totum v. notant 'critici' ap. Serv. pl., secl. Bros.